



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 97. Nominalium Libri a Rege prælegi concessi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sæcul. XV.** Zizimum diligenter sub custodia suorum  
A. C. 1482. Equitum asservaret, omnique ope & pera prohiberet, ne juvenis iste Princeps ad quoscunque alias Monarchas Christianos sive Infideles transiret; pollicebatur insuper, se in ejus almoniam atque excubiarum impensas in monasteria Veneta quadraginta quinque milia aureorum quotannis soluturum. Nihil minus Zizimus in Gallias migravit, Rege tamen remisso satis affectu exceptus; unde exiguo admodum tempore in Regia diversatus, ab Equitibus Burgonorum ad Ordinis Equestris beneficium ducebatur. Erat hic locus opidum in Pictavii & Marchiae finibus tum tum amoenitate situs, tum munitis longe celeberrimum, atque avitum Magnorum Alverniæ Priorum domicilium. Ibi Blanchefortius Eques, cuius fidei supremus Magister Zizimum imperiis commendabat, variis animi oblectationibus Principis, fortisque suæ fastidii fallere satagebat, ita publicis eum obsequiis demulcens, ut tamen illum nunquam e suo conspectu dimitteret, veritatem forte dolo, aut vi ipsi eriperetur.

### §. XCVII.

*Nominalium libri a Rege prælegi concessi.*

Jam anno millesimo quadringentesimo septu-

*Argentre  
Coll. judic.  
p. 303.*

septuagesimo tertio Ludovicus Rex ad *Sæcul. XV.*

A.C. 1482.

Joannis Boucardi Magistri ac Thomista-  
rum preces Ochami, ceterorumque Phi-  
losophorum, quos Nominales vocant, do-  
ctrinam, librosque prælegi prohibebat;  
quapropter ejusmodi libri per Abricen-  
sem Episcopum in Universitatis Biblio-  
theca, nec non in aliis Collegiis inclusi,  
clavisque obfirmati servabantur: cum  
autem Universitatis Parisiensis Nominale  
s hoc Regis edictum ægerrime ferrent,  
Ludovico supplicem libellum porrigunt,  
in quo suam doctrinam sat luculenter  
explanant, eamque maturo examine dis-  
cussam, atque Eruditorum calculo ap-  
probata fuisse demonstrant, adduntque,  
*persecutionis his diebus in Nominales mo- Argentre*

*tæ tres potissimum caussæ reperiuntur. fol. 286.*

Prima est laus & gloria eorum, qui huic  
doctrinæ insidunt. Secunda caussa est, quia  
illi, qui dicuntur Nominales, ita aliquos,  
& maxime Thomistas superant disputando,  
ut nullo modo eis resistere possint, & ob  
hoc eos penitus exterminare nituntur. Ter-  
tia caussa orta est ex quadam hæresi in Uni-  
versitate Lovaniensi recens confusa, cui sese  
Nominales contra illius fautores ac Nominalium hostes vehementius opponebant.

Hujus libelli auctores alludebant ad  
cujusdam Lovaniensis Doctoris senten-  
tiam, qui in quodam tractatu a se com-  
posito non ita pridem asserebat, propo-

*Hist. Eccles. Tom. XXX. I sitio-*

**Sæcul. XV.** **A.C. 1482.** *sitiones de futuro contingentí etiam in scriptis literis contentas, & a Christo Domini prolatas non esse veras.* Hic tractatus in parte erroribus plenus ad Parisiensem facultatem Theologicam deferebatur; et adverso autem Lovaniensis Academi vix non in eo erat, ut illum approbare quinimo forte eidem suo assensu suffragata fuisset, nisi Nominales sese fortius opposuissent, remque serio discuti possissent. Hac ex causa Nominales praefato libello supplici sese fidei defensores nuncupabant, simulque declarabatur quod nullatenus ob doctrinæ suæ pervertitatem, sed potius propter veritatis fundium suorum hostium iram in se contaverint; horum tamen petitioni tunc Ludovicus Rex acquievisse haud videtur; Cum vero Martinus Berengarius Sorbonnæ Doctor, qui tunc plurimus auctoritate valebat, Nominalium causam in se susciperet, atque aliun libellum supplicem Regi exhiberet, pluresque eadem exponerent, quod nullatenus eorum doctrinam, librosque damnare ac prescribere debuisset, Rex eorum rationibus permotus, edictum suum revocavit atque Joanni de Estoutevilla injunxit, ut hanc in rem ad Universitatis Rectorem literas perscriberet.

§. XCIV